



Caja
B-7

~~bel~~ ~~as~~ ~~st~~

na
trás los

o
cur-
a. Así

ado

., y co.
el peligro.
muchos Estudiantes, que
el caminó,
vér quan grande es, y quan tembla ha de ser la mano
que está arrimada al Bar-
de

aquel

-JPP



Index operis que hic continet.

- V. Summa Apologiae Fratris Predicatorum in Provincia Hispanie & Theologiae.
Propositius aduersus quasdam assertiones Ludovici Molinae de Societ. Ies.
Quas defendit in cordia liberi arbitrii ex gracie donis et ea alios ejus
de concordia sectatores de eisdem Societe.
- Allegatos sive et Doctorum quas effecit Molina et tria ad probandis
27. Aucto^r effas pselethmicas voluntates in clavis, et responsio eius singulariter
31. Illustriss. eto. R. P. D. Excludit oportere isti offi^s Inquisitoris
33. In Dominici Banne innullas pposas que in ejus commentariis in 19 pto. et in 2.2.
Isthe, notata sunt, censura.
Controversie, inter Pies Dominicanos et Sociis Iesu conc^o hispaniæ an danda sit
aqua pselethmico^m di et ratio physica ad eos effas determinans voluntate negat illi
exenti voluntate nec dissentire possit nec legi abiec^t?
Raves que prudenter oportere ut a Pmo D. R. Greg. 45 postulet, dicti atque
dendi typis excusis mateis Dne gracie.
Videlicet idem ac in num^e 82.
113. Texto sententia Ludovico^r de Molina in maa auxiliis, quae
canos, et sequitur oportet. — — — — —
124. An ad actus supernaturales efficiendos necessaria ponenda sit in humana ratione
aliqua grā adiutorio se efficac^r, ut eas posse voltas repugnare n^o possit
illig abjecere. — — — — —
134. Idem ac in gracie^r num^e — — — — —
141. Propositius, quia sententia pluviomotus PP^o Societatis stinet?
143. Propositus, qua in sententia motu PP. Dominicanorum pluviob^r Societatis PP.
minime probant? — — — — —
145. Causa, propter quas sententia de physica predicatur Societatis DD. P. Se.
guendis non putant, non modi loquendi probandi. — — — — —
147. Propositius interroganda — — — — —
149. Responsio PP^o Societatis ad predictas propositius. — — — — —
150. Responso Fratrum Predicatorum ad predictas propositius. — — — — —

- 169 Sententia R^{er}g Predicatorum & response R^{er}g Societatis circa 8 quatt.^o
- 170 Propositi in quibus convenient, et differunt Dominicani, et Jesuita. ~
- 171 Propositi R^{er}g Predicatorum quibus eorum sententia continet. ~ ~ ~
- 172 Responsio ad eas responserit ~ ~ ~ ~ ~
- 173 Propositi quibus in prima parte & officia Domini gratia R^{er}g Predicatorum a nostra sententia discrepant putamus. ~ ~ ~ ~ ~
- 174 Scripta sententia ~ ~ ~ ~ ~
- 175 Propositi R^{er}g Predicatorum ~ ~ ~ ~ ~
- 176 Propositi R^{er}g Societatis ~ ~ ~ ~ ~
- 177 Iugularis proposta ab Illustri Madruco ad infra Predicatorum, et infra Societatis. ~ ~ ~ ~ ~
- 178 Relatio R^{er}g Societatis ~ ~ ~ ~ ~
- 179 Relatio ad proximam R^{er}g Predicationem. ~ ~ ~ ~ ~
- 180 Relatio ad tua proximata p^{ro}pterea p^{ro}pterea Joanne Vincentio. ~ ~ ~
- 181 Epistola Mysticorum, et R^{er}g misericordia Cardinale^s Congregationis S^{ancti} Petri in questione. ~ ~ ~
- 182 Procerus pro libero arbitrio. ~ ~ ~ ~ ~
- 183 De modo operandi intellectus, et ejus operacionis. ~ ~ ~
- 184 Utius modo efficacis, que Deus movet homines volentes ad actus bonos, ita detinet, ut volentes non possint resistere. ~ ~ ~ ~ ~
- 185 De efficacia Domini auxilij. ~ ~ ~ ~ ~
- 186 De libero arbitrio. ~ ~ ~ ~ ~
- 187 Monacha inter R^{er}g Dominicanos, et Jesuitas, ad quatuor precepta revocata.
- 188 De Efficacia, et inefficacia auxilij. ~ ~ ~ ~ ~
- 189 De discordia, atque concordia liberarum arbitrii. ~ ~ ~ ~ ~
- 190 Memorialis de M^{agno} Niccolae Riccharti Dominicano.
- 191 Confusa in Illius Causa de variis auth^{or}ibus. ~
- 192 Procerus Dominicanae Ratione nota degna ~

27. & libertate p[ro]cessus.
38. An ad elicendos actus ~~super~~ natales ponendo sit grau[m] in volare ab invenio
specie.
32. Lectio[n]es Super p[ro]cessus Mephycas, et ap[er]t[us] lib[er]ty 12^o.

181 hoz. wt. + 27 ea. lbs.

30 May - 1912

(1) Summa Apologiae Fratrum Praedicatorum
in Provincia Hispaniae, sacrae Theologiae
Professorum, aduersus quadam assertiones
Ludouici Molinae de Societate Iesu,
quas defendit in concordia liberi ar-
bitrij cum gratia donis, et contra
alios eiusdem Concordiae sec-
tatores, et defensores de eadē
Societati.

Achiv.

Bd

Ad III^{mū}. et II^{mū}. Dñm D. Fr̄m Micaelem Bonellum
S.R. C. Card. Alexandrinum ex ordine Praedicatorum
assumptum, atq; eiusdem Ordinis protectore vigili^{mū}.

Des
Atigio
de G

In qua

Primo referuntur, et impugnantur quadam assertiones Molinae,
et sectatorū illius fol. 3^o

2^o Constituuntur quādam observationis ad intelligentiam status
causa, qua inter Theologos Ordinis Fratrum Praedicatorum, et
D. Molinam uersatur. fol. 19.

3^o Respondeatur ad arg. Molinæ, et ad uaria loca Sanctorū, et sclo-
lasticorū, qua falso pro se idem Molina, et defensio eius adducit fol. 22.

Omnia subiçimus correctioni S.R.C., atq; S^{mi}. D. H. Clemētis
Octauii iudicio sumiliter submittimus.



multo invenimus deinde amissio
nem quodcumque dicimus in
tempore mortis suorum. multo in
tempore deinde et cum illis invenimus
multo sibi non est debet inveni
multo. sicut etiam nos ipsi
sunt etiam sibi non debet inveni
sunt etiam sibi non debet inveni
sunt etiam sibi non debet inveni

multo invenimus in tempore
mortis suorum et multo invenimus
in tempore deinde et cum illis invenimus
multo invenimus in tempore
mortis suorum et multo invenimus

multo invenimus in tempore
mortis suorum et multo invenimus
in tempore deinde et cum illis invenimus
multo invenimus in tempore
mortis suorum et multo invenimus
in tempore deinde et cum illis invenimus
multo invenimus in tempore
mortis suorum et multo invenimus

2

III^{mo} d^o m^o D^o Fratris Michaeli Bonelli. Cardinali
Alexandrinus ex ordine Prædicatorum assumptus
dei maritis eiusdem Protectori dignissima Fratris; diu in
genuis sacerdotum in Diocesis Aluarez eiusdem ordinis insigne
Iacobae Theologice Professio summa peritie
erat Fratris. Felicitatem ex optato vobis
Provincia Hispaniae Ordinis Prædicatorum, innumeris beneficijs a Vra Dominatione
aucta, et decorata, in Alma Vibi hoc unum superest confidere in
omnibus cautis, qua apud S^m D^o N^o Clementem octauum per tractandum se
offerunt, ut ad Vram Illam Dominationem, tanquam ad Protectorem vigilan-
tissimum, recurrat. Id quod nunc confidenter facit, et humiliter in re
gravissima, et non solum Ordini sed etiam universali.
valde necessaria, cuius decisionem ad pedes S^m D^o N^o revoluti expecta-
mus, et suppliciter petimus, uestru ad id opportunitus auxilium imploratis.

Ante annos quindecim quidam sacra Theologia Professors e Religione Socie-
tatis Iesu tentauerunt Hispania noui modum concordia liberi arbitrij, cu
divina prouidentia, cum diuina gratia donis, cum aeterna prædestinat^e
Dei, in Scholam Theologoru, præcipue Salmanticensium, et Vallisoletana
introduce. Id quod non sine scandalo eorum, qui in doctrina D. Thomæ,
et D. P. Augustini versati erant, factum fuisse, nobis invenimus. Nam
statim non solum Ordinis Prædicatorum Theologi, verum etiam ab
gravissimi Salmanticensis universitatis magistri, nouam illam
doctrinam, tanquam erroneam, ac de Pelagianoru religijs derivata,
ad sacras fidei censores defundam esse iudicaverunt. Quo factum est,
ut Sanctæ Inquisitionis Vallisoletanae Indeprimitus, Joannes
Aresius, vir ingenio, litteris, prudentia, et omni virtute gloriosus
Salmanticam Eius rei inquirende, et examinande causa, missus fuerit.

Statu casus agerit.

qui diligenter examinatione de assertionebus, et assertoribus factis,
omnes Sane Theologie Salmanticenses Magistros in unum congregaverunt
consuluit; qui omnes temeritatis, et erroris nota plam doctrinam sub:
scriptis nominibus dignamente induauerunt. Quamobrem noua concordia
assertores tantisper siluerunt. Dominicus Alfonso Theologus So:
cietatis Iesu libellum de frateria noua concordia, praeditis tam
philosophia, quam Theologia iuridicis fundamentis, apud Lusitaniam
conscrivit, atq; iiii publicum edidit. Libellus iste noui, ac maioris
scandalis causa fuit, grandem dispersionis materiam feci in tota
Portugallia, et Hispania dedit. Ctenim cum a quibusdam laice
Theologia Professoribus Dominicanis Institutio Concordia illa noua
liberi arbitrij cum grā donis impugnaretur in Scholis, et multa pro:
positiones, quas in grafato libello L. Molina asserta, temeritatis,
uel erroris nota miserentur; Surrexit Valeoleti in Collegio S. An-
brosij Societatis Iesu quidam Theologus eiusdem Societatis nomine
Antonius Padilla eiudem Collegij sana Theologie Doctor, qui Sabbathio
die quinta mensis Martij 1594 publicis Conclusionibus Hispani-
narum Princeps dicatis, quas pralo, ut magis diuulgarentur,
mandauit, constanter assertus, et defendere in eodem Collegio So-
cietatis conatus est omnes, et singulas propositiones, quas in pto
libello de Concordia liberi arbitrij L. Molina docet, ueras esse, et
probabiles negat aliqua nota, aut censura dignas. Re per Theo:
logos Dominicanos, qui ex Collegio S. Gregorij, et Conventu S.
Pauli Valisoletani grafatis conclusionibus presentes fuerunt,
et eas suis argumentis impugnauerunt, ad Sacrum Tribunal
Inquisitionis delata, iuuu Supremi Senatus Regni Hispaniae
eiusdem Santa Inquisitionis prouitum est, ut omnes
universitatis, et viri doctiores eiusdem Regni, atq; aliqui
Sane

3

Sanctæ Theologiae Magistri Ordinis Predicatorum Provincialis Hispaniae
memorantibus circa predictas assertiones Molina, et praesertim circa
efficiaciam acutissimam dicitur quam illi negat, subscriptis nominibus pra-
ferentes quos statim Provincialis Hispania executioni mandauit.

Vnde ex sua nominib[us] o[mn]iis ep[iscop]o Doctoribus sicuti Theologis, qui suos tra-
ctatos circa efficaciam, vel inefficaciam auxiliis diximus, et alias proportiones
Molinicas ederent. Hi furentur H. Joannes Villafranca Magister, frater
Dominicus Baget Magister, et inveniuntur Salmaticensi primarius
sanctæ Theologiae Professor, fr. Didacus de Langas Mag[is]tr[us], fr. Petrus de
Herrera Mag[is]tr[us], et in eadem universitate publicus Theologus prof[essor]i,
fr. Petrus de Ledesma Mag[is]tr[us] Catedratis Salmaticensis, fr. Didacus
Alvarez Mag[is]tr[us] et Lector Theologie S. Pauli Valisolestan[us], fr. Christopher[us]
Rodriguez Presentatus, et Prior, et fr. Didacus Hugo Presentatus,
et Regens Collegij S. Gregorii Valisolestan[us]. Hi omnes singulares tractatus
le argumento supraposito conscripserunt, et proprijs nominibus subscripti-
erunt illos suo P. Provinciali offerentes, quos idem P. Provincialis
ad supremū in Hispania Inquisitionis Senatum statim detulit, et minū
est, qualiter predicti octo Sanctæ Theologiae Professores, qui suos tra-
ctatos ad viuicem in suis dominibus separatis, et absque mutua consul-
tatione dictauerunt, in unam tamen sententiam conuenerint, style

dubitatis, et rerum ordine differentis. Quia res antiquæ veritatis
sanctæ doctrinae ep[iscop]o S. Patribus accepta certissimum radicium est.
Tamen quia nimis prolixum videbatur, tot scripta varia de eadem ea
perlegen, supremus Hispania Inquisitionis Senatus prudenterime
iudicauit, ut omnes illi octo tractatus in uniuersis auctoribus con-
flarenb[us], qui eius causa statum compendiotius, et apertius contine-
ret. Id quod ex Consilio Patri Capituli Provincialis Segovia celebrati
mense Aprilis 1595. P. Provincialis J. Joannes de Villafranca Mag[is]tr[us]

Mag. o[mn]iis Hispanie
Eam Apologia con-
scripserunt.

genuit. 1530. coll.
1530. coll.

F. Dominico Bagno commissarii, auctorans illi in socium Fr. Didacum sua-
cerdotem Magistram. Hi duos Patres accepit eis singularibus tractationibus unigen-
tibus quatuor menses continuos, in eadem cella conuenientibus et pietatis
eiusdem summa attentione perlegentes, ipsi illi, dominis annis emporie-
comiti, et subscriptum nominis suorum fore abbas etorum, et Prolo-
gorum Provincia Hispanica tradidicunt prefato Provinciali, qui
eundem tractatum statim ad Inquisitionis Senatum transmisit; sed
quoniam predictus tractatus Apologeticus longo stilo uiginti duxi-
positiones Molina refutat, et impugnat, et centra erroris condemnat,
ne molestum sit eam longum tractatus perlegere conuenientius epis-
toriali, si breuem summam illius Vnde ^{ad} illi Differens, ut nomine
omniu[m] Theologorum Provincia Hispanica, qui rane Apologia con-
scripterunt, et approbauerunt, illam ante pedes S[an]cti O. N. Clementis
octauo constituerat, & S. B[ea]t[us] Euminiter petens, ut causa e[st] non pendeat,
et quarelibet fieri poterit, eam diligenter examinari faciat, et expa-
minat definat. Manifestum namq[ue] periculum ex dilatatione ipsa
in hac parte imminere uideamus atq[ue] ipsa experientia conspicimus;
si quidem iuniores Theologi, qui iuuentibus animositate noua que-
cunq[ue], atq[ue] curiosa in mysterio tam diffili ad intelligendum, facile
completuntur, cum magnas postea difficultati, si semel uenenu[m]
alium falsa doctrina imbiberint, ueram, et antiquam liberi-
ariorij cum gratia donis concordiam amplectentur. Atq[ue] utriam-
interni uirgaribus uiris, ac famini noua doctrina circa prefatam
concordiam minime noceat; Dum quidam eius Sectatores in His-
pania sub pietatis specie illam vulgo persuadere conantur, et ua-
rios impiumendo libros probabilem reddere, atq[ue] fratres Prodicato-
res, quasi desbructores libri arbitrij accusant, atq[ue] infamare con-
sidunt; cum tamen illi libertatem arbitrij iuxta antiquam

Sanctorum

Sanctorum Patrum doctrinam defendant. Suscipe igitur, Benignissime
 Princeps, præsens Opusculum, quod Provincia Hispania pietatis
 Toto Urâ ^Mme. D. offert, et iterum, quod in hac parte ad nostra fidei
 exaltationem, et S. R. C. obsequium libentissime impendit. Nungua
 enim haec tenus Prædicatoriæ familia sacro Inquisitionis Tribunal de-
 fuit, nunguam illud fecellit, nunguam frustra latrane comperta est; sed
 semper de Ecclesia Christi benemerita fuit, et nunc benemerit utq; ad san-
 quirii effusionem, si opus fuerit, iuvanti Domino, exoptat, atq; promittit.
 Suscipe nos Urâ Benignitas pro Catholicæ veritatis, pro antiquariori
 traditioni defensione uestri auxiliu mitigantibus, atq; Deus Opt. Max.⁵
 per Iesum Christum D. N. ad sui nominis gloriam, et laudem, Urâm Dnat^{em}
 misericordia seruet, ut tandem post multos annos in suprema felicitate
 constituat.

P. Prop. Molina

amisimus D. reddi quae dicitur monachos muri. ^Diversorum
interiora eiusque abstinenciae. mulierum et uerbi agerunt
intestinorum haec omnia in hunc. multo tamen. nullo. D. ambi
tempore. ratione ministrandi ministerio. I. D. L. 10. meritorum dege
et de uerberis uirginitatis et uirtutis invenit uerberum minis
tro. Propter reges etiam uerberum ministerio. sicut etiam uirginitatis
et uerberum ministerio omnia in tempore agerunt ipsi intercedit et regnos.
ministerio per. uirginitate. animo. et uerberi. tamen ergo etiam meritorum uerberum
ministrando agit. ratione pietatis et uirginitatis et uerberum ministerio
et gall. 3. qd. et qd. pia. ratione pietatis uirginitatis intercedit ministerio
tempore meritorum ministerio. ministerio ministerio est ut. N. D. misericordia. uirilis ag
meritorum ministerio. in tempore uirginitatis ministerio ut. tamen meritorum
meritorum ministerio.

meritorum ministerio

anibet. 19. D. 10

Prima Propositio Molinæ

*S*i duo aequales per omnia in omnibus conspiciant eandem. Mu-
tationem pulchram uenire potest a sola libertate arbitrij utriusq;
ut unus consentiat in peccatum, carmine concupiscendo, alter non item.

Habet hæc uerba Molina in Concordia liberi arbitrij. q. i. q. ar. 13.

Disp. i. 2. pag. 53. et dicit illam esse Deum Augustini lib. ii. de Guit.

Dei. e. b. Ex quibus uerbis statim infert Molina hanc propositionem:
eademq; restat ratiō de eodem modo affectis aequaliterq; a Deo ad fi-

dem vocabis: Pro sola namq; eorum libertati potest eueneri, ut
unus amplectatur fidem; alter uero eandem contemnat.

Censura.

*H*æc assertio erronea est, et de Pelagianæ heresis religijs. Et probatur ex
illo loco p^a ad Cor. 4. quis. n. 6. discernit! quid autem habes, quod non
aceperisti? Si autem acceperisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? quibus
uerbis determinat Apostolus, quod fidelis discernitur ab infidei ex Dei
dono gratuito. Quod quidem misericorditer donatum est fidelis; non aut
infidelis; et tamen prefata assertio docet constantibus auxilijs, et donis
Dei omnino aequalibus per omnia, et in omnibus in duobus hominibus
euenerat aliquando, quod pro sola sua libertati fidelis conueritur in
sabi causa, et non pro speciali Dei dono accepto, quod alternon habet, sola
liberoas arbitrij illum discernit ab infidei, et non Dei donum; quod
est erroneum, et contra auctoritatem Apostoli inducitam.

*C*onfirmatur, et ostenditur nisi cuius argumenti ex Diuo August?
lib. de predicatione Sanctorum cap. 5, ubi explicans tribonium
Apostoli modo inducit, sic ait: Numquid per eae dona, quæ omnibus
communia sunt hominibus, prius dixit: quis enim te discernit; et deinde

i. Cor. 4.

D. Aug.

addidit: quid autem habes, quod non accipisti? potest quippe dicere
inflatus aduersus alterum, disanimat me fides mea, iustitia mea, uel alii
quidam hinc: talibus occurrit cogitationis bonis Doctor agnit.
quid in te habes, quod non accipisti? et riconciliabitur qui te discen-
dit ab aliis, cui non donauit, quod donauit tibi? Sact. Augustinus.
quibus verbis contendit. Dicunt quod secundum Apostolum aliquod
speciale donum accepit a Deo illa, qui conuerit, quod non accepit,
qui non conueritur, et quod per illud donum Dei speciale discernitor
ab aliis, et non pro sola sua libertate. Ita ergo proposito: pro sola sua liber-
tate unus conueritur, alter non tantibus auxilijs Dei omnino
equalibus per omnia, et in omnibus, contradicit Apostolo.

D. Amb.
Praterea D. Ambr. lib. 9. de oratione cap. 9. idem Ap. testimoni-
o explicans, eam uiram censuram confirmat. Sic n. ait Ambro. con-
tra erectionem lib. arb. gloriante, illam remittere sententiam Ap. dicens: quid habes quod non accipisti? si autem accepisti, quod gloriari,
quati non augeri? Igitur profunditas illius questionis, quam se-
cundum admirationem Apostoli impenetrabilem confitemur, per liberi-
arum uelle, et nolle non voluntar, quia licet initio domini bonum nolle,
tamen nisi donatum non habet bonam uelli. Sact. Ambrosius. Non
ergo iste conueritur pro sola sua libertate, id est, quia nolle uti auxilio
sufficiens (ut dicit Molina) sed quia speciale Dei donum officia ac-
cepit, ut conuerteretur, quod non accepit alter, alias profecto
querito illa; quare unus conueritur, alter non, sufficientem
tolueretur per uelle, et nolle liberi arbitrij nostri, quod est contra
Apostolum, et D. Ambr., negat questio illa adeo impenetrabilis,
ut dicunt Sancti.

Calum. 2.
2. Prob. ex illo celebri testimonio Apostoli ad Rom. 9. non est
uolentis, neg currentis, sed Dei miserentis, quod explicans D. Ansel.

Nom. 9.
D. Anselm.

lib.

6

lib. de grā, et lib. arb. c. 3^o sic ait. Fuerunt quidam superbi, qui totam
efficiaciam in sola libertate arbitrij consistere sunt arbitrari, et pauci post
tempore de illis, qui conuentuntur ad Deum, et bene operanbu, subdit.
Istum impudentem est gratia, quia neq; uolentis est, quod uolentis
euerentis, quod curvit, et miserentis est Dei; Omnis enim excessio-
ne solo Deo, dicitur, quid habet, quod non auxilijs, quibus ueritas aperte
docet, speciali Dei grā esse ingratandum secundum doctrinam Agli,
quod iste uelit concordia est Dei dono, quod accipit ille, qui concor-
ditur, non autem alter; Non ergo unius concordia pro sola sua li-
bertate, ut dicit Molina, statibus auxilijs Dei omnino aequalib.

Sc. S. prob. Eae centurae ex operationibus necessariorijs scriptura,
et conditionib; que adducuntur in Censura 2. et 3. et 4. propositioni
Molinae, in quibus praecedentem magis aggrauat, et confirmat.

2^a. Propositio Molinae.

Cum auxilijs ex parte Dei, cum quibus unius iustificatur, et saluatur,
alii pro sua libertate nec iustificatur, nec saluatur. Nec dubitandum
est, multos sorghem i apud Inferos, qui multis maioribus auxilijs adsa-
lutem a Deo donati fuerunt, quam muli, qui in Coelo diuino conspicua
fuerunt. Et post pauca: Sed quod ei cum maioribus auxilijs pra-
destinati, et salvi non fuerint, illi vero cum minoribus gradebi-
nati, et salvi fuerint: non aliunde fuit nisi quia illi pro māta
libertate noluerint ita ubi suo arbitrio, ut salutem conseque-
ntur eternam, si uero margini. Hartonus Molina in Concordia
q. 23. ar. 4. disput. q^a memb. ii. q. 5. postremo pag. 477^{ad 1000}

CENSURA.

Hæc assertio erronea est, sicut prædicens, et Egredi Pelagianorum magis propinguus

et in eo quod a sententia alio unde provenire, quam ab iniata arbitrii
libertate, quod cum minoribus auxilijs rite sit praedestinatus, et sal-
uatoris filii vero ex iniatoribus auxilijs non, aperte reddit prae-
destinationem etenim salutem dominatam libertatem nobis arbitrij:
quid est Pelagianus, et uerae et lemoriu[m] Angeloli loco super inducens
in se dicens ex arbitrio quod ab iniata libertate minorib[us] et non
ab aliunde habeat prouidentiam Dei circa electos quod sit de facto praedes-
tinatio; ac per consequens sequeretur quod Deus nomen in praedestinatione
ueritatem absolute et efficaciter voluntate quod est in eum eae patet in fa-
mili centura prop[ri]etate iuris ueritatis, videlicet uero, uero.

Potesterea assertio manifesta trahunt tantum Deo auxiliu[m] sufficiens,
quo homo bene potest operari, et salvare: actualem vero operationem,
et bonum orum illius auxilijs tribuit nobis arbitrio tantum pro in-
nata tibi libertate, cum ait non aliunde provenire, quam ab iniata ^{3. calumna}
eisdem arbitrii libertati, quod cum minoribus auxilijs sufficientibus
iste salvatur: hoc autem assertere est expressum dogma Pelagi, ut clare
conbat ex verbis illius, que refutat D. Aug. tom. 7. li. v. de gen[esi] Christi
cont. Pelag. et Celsus. c. 4. Nos inquit Pel. sic tua ita distinguimus, et
certum uelut in ordinem digesta partimur. p[ro] loco posse statuimus.
2. uelle: 3. esse: posse in natura; uelle in arb[itu]rio, eae in effectu locamus. p[ro]
illud, i. posse ad Deum propriè pertinet, qui illud creat. sua contulit:
duo uero reliqua, hoc est, uelle, et esse ad Hominem referenda sunt,
quia de arbitrii fonte descendunt. ergo in voluntati, et operi bono laus
Eominis est: immo et hominis, et Dei, qui ipsius voluntatis, et operis
possit ^{tem} dedit; quia ipsam possibilitem gratia tua adiuuat semper aux.
quod uero homo pot uelle bonum, atq[ue] perficere, uolens Dei est, pot itaq[ue] illud
unum est, etiam si duo iba non fuerint; ita uero sine illo esse non
possunt. Itaq[ue] liberum n[on] est nec voluntatem bonam habere,

D. August.
contra Pelagi.

nee actionem: nullo autem modo possum non esse possib^{tem}. bonis inest
mali, etiam tamen nobis: nec otium tui aliquando in illo nat^a. recipit.
quem nob^s sentimus exempla aliqua faciant claritatem quod possumus
videre oculis: num non est: quod uero bene, aut male uidemus, hoc num
est: et generaliter conuersa complectar: quod possumus omnia bona facere,
dixere, cogitare, illius est, qui hoc posse donavit: qui hoc posse adiuuat.
quod uero bene uel agimus, uel loquimur, uel cogitamus, num est: quia
ege omnia uertere etiam in malum possumus. Eact^s Pelagius. Certe si autem
insipientes uerba Pelagi, parum, aut nihil differe uidentur a uerbis Molini.
sicut n. Pelagius fateatur, quod auxilium sufficiens tribuens sibi posse operari,
ad Deum referendum est: qui illud creat^s sua contulit: sed qd iste auctostr
bene operetur cum illo auxilio, ad Eominem referendum est; quia di' ar:
bitrij fonte' descendit: Ita similiter Molina tantum tribuit Deo auxilium
supernaturali sufficiens, quo Eomo posset iustificari, et saluari: sed
quod actualiter per illud auxilium operetur, et saluetur, in solam arbitri:
eij libertatem refert in assertione, quam impugnamus: cum ait, iō
non aliunde esse, nisi quia pro innata libert^e: iste uoluit uti aux:
illi, ecce Molina facetur, quod actualis operatio descendit ab innata
arbitrij libertate, et non aliundi: Pelagi uero inquit, qd descendit
de arbitrij fonte': quod idem est.

Nec ualeat aduersarioru' solutio, quod s' Deus illum, qui conuer-
titur, adiuuat speciali influxu' gr^e simultaneo, et coadiuvante;
et ideo actualis conuersio in Deum, et Eominem referenda est, immo
in Deum principaliter: Hae, inquam, solutio non ualeat. nam et Pelagius,
post auxilium sufficiens, quod dat Eomini posse bene operari, ponit
conuentum Dei simultaneum, quo ipsam possibilitatem operandi,
gratia sua tempe adiuuat auxilio: similiter etiam facetur Pelagius,
quod in opere bono et est laus Eomini, et Dei, quia dedit creature.

confunduntur uerba
Pelagi cum uerbi
Molinae.

ponere operari, et illud pone adiuuat, cum actualiter bene operatur.
Hiloboninus enarrat Pelagius, quia dicit ipsum actualis opus bonum,
quod homo de facto ad Deam connectitur de arbitrij force descendere
ergo etiam erat Molina cum Pelagio asserto non aliunde proie-
nit quam ab initia arbitrij libertate quod iste bene operatum con-
seruat, et saluetur cum minoribus auxilijs Dei sufficientibus, que
Eomini tribuant pone bene operari; alter vero cum maioribus au-
xilijs damnatur. P. Nam si provenit a speciali insupugna, quod iste
conseruat et saluetur cum minoribus auxilijs; g. iam provenit
aliunde quam ab initia, et sola arbitrij libertati.

Presterea nam predicta 2^a assertio tollit, et negat donum perse-
verantiae. g. est erronea. Anteced. prob. quia si non provenit
aliunde, quod iste cum minoribus auxilijs saluetur, nisi ab initia
libertate sui arbitrij, sequitur quod non proveniat a speciali dono
perseverantie collato a Deo misericorditer illi, qui salvatur, sed
autem alteri, qui damnatur: Etenim si non provenit aliunde quod
iste saluetur cum minoribus auxilijs, nisi ab initia sua libertatis;
certè non provenit a dono perseverantiae: nam si provenit a
dono perseverantie; iam provenit aliunde: vel fateri tenetur
Molina quod ille, qui cum maioribus auxilijs damnatus est,
habuit de facto donum perseverantie, quod et est errorem. Etenim se-
cundum fidem Catholicam quicunq^s habet de facto donum perseverantie,
infallibiliter salvatur, ut patet ex illo Mattei x^o qui perseveraverit
usq^s in finem, salvus erit; et ex definitione Concilij Tridentini sess. 6. can.
ar. Si quis diperit iustificatum sine speciali dono Dei in accepta insta-
perseverare postea, vel cum eo non posse, anathema sit.

Larg^o arguitur, donum perseverantie est maius auxilium Dei, abolutelo-
quendo, quam alia signalia auxilia secludendo donum perseverantie: sed ille,

qui saluat, habet donum perseverantiae ut constat ex locis scriptis
et Concilij inductis: hoc autem donum non habet ille, qui condemnatur:
quod quo saluabile, semper habet, maius Dei auxilium, quam illi qui condemnantur.
quod non stat quod assentit et proponit quod, s. cum minoribus auxilijs unus
saluator, et alius cum auxilijs maioribus condemnatur. Hac sententia
amplius patet ex impugnatione duorum sequentium proponum.

3^a. *Propositio Molinae.*

Error est asserti dari auxilii efficacia quod ex modo motionis diuinæ atq; ex
Deo ipso habeat efficaciam; neg. Eoc salua fide sustineri potest nam alias
non salvare liberas nisi arbitrij; dicitur hoc in concordia q. 23. art. 4. et 5.
disput. p^a mem. 6. 6. nonnulli, pag. 425. et 426. als. 326. et 327.

calumnia 4.

4^a. *Propositio eiusdem, quæ magis explicat, et aggrauat præcedentem.*

Divisio sufficientis auxilij inefficax, et inefficax nostra sententia ab effectu, qui
signul ab arbitrij libertati pendet, sumenda est: illud auxilium sufficiens,
sive maius, sive minus, in se sit, efficax dicatur, cum quo liberum arb.^m
pro sua libertate conuerterit: cum quo tñ nihil illi auxilio impedient,
poterat non conueriri: illud vero inefficax dicatur, cum quo arbitrius
pro eadem libertate non conuerterit, cum tamen potuerit conueriri.
Hinc 4^a loco assertimus aug^o Quenamvis, atq; adiuuantis genere, quez lege ois
via libatoribus conferuntur, quod efficacia, aut inefficacia ad conuersionem,
seu iustificat^{em} sint, pendere a libero consentu, et cognoscere arbitrij nisi cum
illis; atq; adeo in libera potestati nostra esse, vel illa efficacia reddiri consen-
tiendo, et cognoscendo cum illis adactus, quibus ad iustificationem disponimur;
vel inefficacia illa redire, continendo consentu, aut et eliciendo contrarium
dilectionem. Hac 4^a proponem habet Molina in concor^a q. 14. ar. 13. disp. 38. als. 40. Eanti quod
pag. 232. als. 166.

CENSURA praeceps 3^a et 4^a Propositis

Ista duæ propositiones 3^a et 4^a mico, quod asservant, nullum datur auxilium,
quod ut uenit a Deo est efficac, uel affectat secum efficaciam ad conuertend
peccatorem in Deum aut bene operandum, sed solum dici efficac ab affectu,
quia nostrum art^m pro sua libertate bene operatur cum illis sunt ero-
ne, et de Pelagiana Egregi reliquijs.

Probatur hæc Censura ex Concilio Arautiano can. 4. ubi dicitur, si quis, ut a
peccato purgari uelimus, per spiritus Sancti infusionem, et
operationem in nobis fieri confiteour, resistit spiritui Sancto per La-
tomonem dicenti, Preparatus uoluntas a domino: et Apostolo sa-
lubiter predicanti, Deus est, qui operatur in nobis et uelle, et pro bona
uoluntate: Idem habetur can. 6. si autem nullum auxilium, prout
uenit a Deo est efficac, sed, ut dicit Molina, Deus dat tantum eo-
minī auxilium sufficient; homo vero pro immata sibi libertati
reddit illud efficac, tamen cum illo operando: sequitur, quod
Deus nostram expectet uoluntatem, ut purgari uelimus; et non
moveat illam per spiritus Sancti infusionem, et operationem, ut pur-
gari uelit. Hoc autem est contra decretum Concilij. Id, quod apertissime
confabat legenti Epistolam Pasperi ad Augustinum de religijs Pe-
lagianæ Egregijs, que habetur inter opera Aug. 60. 7. ante lib. de
predicb. Sanct. Posterea probatur ex eodem Concilio can. 6. ubi sic
dicitur, si quis aut humilitati, aut obedientiæ humanae subiungit
gratia adiutorio, nec ut obediens, et humillimus igeris gratia donum esse,
consentit; resistit Apostolo dicenti, quid habes, quod non accepisti, et
gratia dei sum id, quod sum, at uero Molina in 3^a et 4^a assertione agit
subjicit gratia adiutorio, obedientiæ, et humilitati humanae dum assent

9

in 4^a assertioni quod auxilium et adiutorium Dei est efficaciam non quis
ut procedit a Deo secum afferat efficaciam ad contentendum licet unam
in Deum sed quia ipsum arbitrium pro sua libertati obedienda esse eu-
miliando se conuerit in Deum et sic auxilium Dei quod tantum erat
secundum se sufficiens reddidit efficacem et natus est subiectus
militi et obedientiis humanae adiutorii Dei quod est contra concilium.
Confirmatur nam concilium definit quod non tantum generaliter
esse actuatus obedientes et humilios et strenue operari cum auxilio
sufficiens est donum Dei sed auxiliari quoniam actuatus peccato obedit
spiritui sancto vocanti et conuentitur efficacem si quod efficacem
ter ipsum conuerit. secundum concilij definitionem datum aliud
gratiae adiutorium quod ut uenit a Deo sit efficacem ad conuertendum
hominem in Deum.

Potest in canonice eiusdem concilij hoc diffinitur multa sunt
in somnis bona quae non facit homo nulla uero bona fuit homo
quae non potest Deus nec faciat homo. secundum concilium Deus
est qui potest et facit efficacem fortitudinem et suauitatem quae
homo operetur ab eo bonum quae in Deum conuertitur et disponit
ad gratiam.

Haec ualeat solutio aduersarioum quod Deus dicitur facere bona opera
qua facit homo et praecepit illa quibus ad gratiam preponere disponitur
quia confert illi auxilium supernaturale iustificare angustiis hominis pro
minata libertate bene utatur et statim Deus aderit conferendo illi
nouum influxum grā dadiuantis nam hoc est incidere in errore
Pelagi ut patet ex verbis illis cum centuria 2^a propositionis
inductis. Etenim quod homo bene utatur auxiliis sufficientibus
non provenit a sola minata uoluntate sed a speciali auxiliis gratiae Dei.
Posterea probatur ex concil. Nic. sess. 6. de iustificatione cap. 5. ubi

rie habebunt. Cum dicitur in taliis lachrymis, Conuertere ad me, et ego conuertere ad uos,
libertatis nodus ad monachorum: cum nos respondemus, conuertere nos domine
ad te, ex consideracione, Dei noster gratia graueniri confitemur, quibus uer-
bis docet coram illis, quod non tantum preuenimus Dei gratia, ut postea
conuerteremus, sed etiam ut de facto conueritamur. Nam illud uerbum, Con-
uertere nos, efficaciam denotat auxiliij diuini, a quo peccator habet,
quod conuerteretur. Negare auxiliu efficacem, moue uenit a deo, est
erroneum, et accidere, quod ab arbitrio nostro habeat efficaciam dei
auxilium. blasphemiam etc.

Nov. 4.
D. August?

Cap. 367

Propositiu[m] p[ro]positio[n]e nostra. Censura episcopalis ad Rom. q[uod] id est profide
ac secundum gram firmat promissio super quem locum D. Aug[ustinus] lib[er]tate
predicatione Sanctorum cap. iij. et ii. applicans illud Genesij ix. Pro-
missum Abram a deo, Patrem multarum gentium constituit[ur] sic erat.
Hoc non de nomine arbitrio patribus, sed de rea predicatione
promisit, promisit, ut quod ipse facturus erat, non quod dominus uia
et si faciunt homines bona, que pertinent ad calendarum Deum, ipse
facit, ut illi faciant, quod praecepit, non illi faciunt, ut ipse faciat,
quod promisit, alioquin ut Dei promissa inpleantur, non in Deo,
sed in communione esset potestatis, et quod a domino promisum est, a
ipsis gentibus redderetur Abram. Hacenus Aug[ustinus] cuius doctrina
confirmans agere uerba illa, que dominus dixit per prophetam, fa-
ciam ut in praeceptis meis ambuletis, et iudicium meum custodiatis, atq[ue]
faciatis. Hec contendit D. Aug[ustinus] in verbis inquit colligi est tanta
scripturar, quod debet auxilio, quod, ut uenit a deo, sit efficacem
ad faciendum, quod homines faciunt, quod Deus praecepit, vel pro-
misit; alias non erit finis promissio Dei ex ipsa gratia, et dono
diuino, ut dicit apostolus, sed ex libertate humani arbitrij, quod, ut
dicit Molina, facit, quod auxilium Dei sit efficacem, eo quod pro innata

libertati auxilio Dei sufficienti voluit uti strenue pro eadem innata
libertate cum illo operando.

Præterea probatur testimonij Sanctorum, qui aperte afferunt dari
auxilium quod in se sit efficax ad immutandam somniū voluntatem,
et faciendum quod bene operetur. D. Aug. id assertit tom. 7. lib. de
grā, et lib. arb. cap. 20. ubi sic ait, voluntas cuiusvis somniū ita est
in Delibetabili ut eam quando uoluerit, et quo uoluerit faciat inclinari.
et lib. de corrēct. et grat. c. 14. inquit Deus de ipsis somnī uolunta-
tibus quod uult facit, et lib. de præd. Sanct. c. 8. dicit gratiam effi-
caciem a nullo duro corde respui, et infra docet quod Deus facit uolen-
tis ex uolentibus. videat Molina, an sit lapidei cordis, et diuicre-
spondō grā, quę a Deo ipsis habeat efficaciam conuertendi somnī
in Deum, nam illam aperte respui, cum inquit in 4^a assertione,
quod auxiliū Dei mendicat efficaciam a mō lib. arb. et a bono, ^{um}
illius pro innata tibi libertati. nos autem contras affirmamus quod
liberum arbitriū mendicat efficaciam ab auxilio Dei, maxime in actibus
supernaturalibus.

D. Antilm.³ D. Anselmus lib. de gratia, et lib. arb. id ipsum confirmat. ait n. fue-
runt quidam superbi qui totam efficaciam in tota libertate arbitrij
consistere sunt arbitrati & Superbit g. Molina, dum assertit in propo-
gas iniquitamus quod liberum arbitriū pro sua libertati reddit
efficaciam auxilium quod ut uenit a Deo tantum erat sufficiens.

D. Thomas id ipsum confirmat apertissimis testimonij nam p. 2. q.
iii. ar. 3. ait quod omnis effectus gratia ponitur, ut bonum quod som-
uult efficaciter operetur ergo datur auxilium gratia efficacip et effica-
citer mouens somnīm ad operandū aetus supernaturalis, maxime illi
per quos ad grā disponitur. et p. p. q. i. ar. 8. wrp. sic ait, voluntas Dei
necessitatis actibus liberi non imponit quod contingit propter efficaciam

10
Testim. Sanctorum
ad probandum aux.
efficaciam
D. Aug.

divina voluntatis, cum enim aliqua causa efficax fuerit ad agendum effectus consequitur causam non tantum secundum id, quod fit, sed etiam modum fieri, vel esse fieri. cum igitur voluntas Deicit efficaciam, non solum sequitur, quod fiant ea, quae Deus vult fieri, sed quod e modo fiant, quo ea fieri vult. vult autem quadam actiones fieri contingentia, et libere: et ita ab efficacia divina voluntatis habent, et quod tales acte fiant, et quod fiant libere. Hoc D. Thomas. Idem docet p. p. 83.
a. p. ad 2^m. quid clavis contra 3^{am} et 4^{am} assertiōnē Molinā dicit potuit?
Fatetur n. D. Tho: quod ab efficacia divina voluntatis habet efficaciam num liberum arbitriū, ut libere suas acte operetur non g. d. auxiliū Dei efficax, quia num liberum arbitriū facit efficax, ret dicit Molina, sed quia ipsum auxilium efficaciter mouet liberum arbitriū.

D. Cyillus.
Divus et Cyrilus in lib. de adorat. et cultu in spiritu, et ueritate expressi verbis distinguunt, et concedit 2^c. Dei auxilium, aliud sufficiens, et inefficax, aliud vero efficaces modos, quo scola Thomistarū illud constituit, et defendit contra Molinam, sic n. ait D. Cyrilus, Deus non solum verbis nos stimulat, et adhortationibz menti immitti, ut discedamus a peccato; sed tantam benignitatem nobis etiam exhibet uniuersorum Salvator

Deus ut efficaci subsidio adiuvet, sed quod scriptum est: Apprendisti manū dexteram meam, et in consilio tuo deincepsisti me. Nam quonia Domini natura non ualde generosa est, nec satis idonea, ut malum effugere queat. Duplex Deus concederī beneficium uidetur persudens admonitionibus, ut subriduum inueniamus, et fortius illud pressans, quam ut malum pressens, et violentum preualere posse. Hacenq; Cyrilus, quibus verbis aperte docet constituendum esse auxilium sufficiens, quod datur Domini, ut malum effugere posse, ret auxilium aliud efficax, quod D. Cyrilus appellat subriduum Dei fortius, quod dabur Domini, ut efficaciter bene operetur, et malum effugiat, ne

Psal.

aduersus

adversum illum praeueleat. quomodo ergo dicit Molina nullum dari auxiliū,
quod ut uenit a Deo, sit efficac̄!

Præterea probatur eadem centuria ex orationibus Eccl. quibus a Deo petit, ut
misericorditer illi concedat auxiliū efficac̄, quo de facto bene operetur, ut
pater ex illa oratione communi. Actiones nras quesumus Domine aspirando pra-
ueni, et adiuuando prosequeri, ut cuncta misericordia a te semper incipiat,
et per te capta finiatur, Et ex alia oratione Dominice 6^a post octauam hi-
nitatis, Deus virtutum, cuius est totum, quod est optimum, insere
pectoriis nostris amore trui nominis, et presta mi nobis Religionis aug-
mentū, ut quæ sunt bona, nutrias. Item etiam in oratione Domini-
nus 22^a. Petet Eccl. Deus refugium nostrū, et uirtus adesto p̄ ipsi
Eccl. tua p̄cib⁹, auctor ipse pietatis, et presta, ut quod fideliter
petimus, efficaciter consequamur. Et quibus verbis desumitur argu-
mentum, si bona cuncta a Deo procedunt, si Dei est totum, quod est
optimum, ut canit Eccl., ergo auxiliū efficac̄, quo de facto liberum
arbitriū bene operatur, Dei est, et a Deo procedit. Confirmatur h̄i Co-
mo pro minata sibi libertate facit efficac̄ auxiliū, quod in se tan-
tum erat sufficiens, quid petit a Deo, quod per illum efficiatur efficac̄?
Ere argumento triumphat D. Augustinus lib. de bono perseverantiz cap. 7.^o D. Aug. lib. de bono
aduersus illos, qui asserunt bonum usum liberi arbitrij, vel actualēm
operationem bonam ipsius ab minata procedere libertati, ut dicit
Molina; sic n. ait Aug.; grossus in hac re non operosas disputationes
expectat Eccl., sed attendant orationes suas, orat, ut increduli credant;
Deus g. conuerdit eos ad fidem; orat, ut credentes perseverent. Deus g.
donat perseverantiam usq; in finem. Hac Aug.; si g. secundum Molina
non est speciale Dei donum bonus usus liberi arbitrij, et efficacia,
quam habet in operando, sed tantum procedit ab eodem arbitrio pro
minata libertati, superflue illud Eccl. peteret a Deo, ut misericorditer

talem bonum usum concederet, quod tamen asserere nullus audebit.

Deniq; probatur. nam ut docet **D** Paulus, non sumus sufficientes cogi-
care aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est; ergo
a fortiori, efficacia, quam habet liberum arbitrium in actuali operatione,
maxime in operatione supernali, per quam disponitur ad gratiam ex
Deo erit; alias id, quod perfectissimum est in operationibus supernatura-
libus, tribueretur libero arb. pro innata libertati, et non pro speciali
Dei dono, quod est Pelagianum.

S^a. Propositio Molinae

Circa scientiam Dei medium inter scientiam naturalem, et scientiam liberam,
quam idem Molina fatetur se adinvenire ad concordandā libertatem
nisi arbitrij cum divina præscientia, et prædestinatione, multa coacervat
centura digna.

Dicit p^o: trilicem scientiam oportet distinguamus in Deo, nisi peri-
culose in concilianda libertate arbitrij nostri, et contingentia cum
cum divina præscientia allucinari uelimus; unam merè naturalem;
aliam merè liberam, qua Deus post liberum actum suę voluntatis
abz. Hypothesi, et conditione aliqua cognovit absolute, et determinatè
ex complexionibus omnibus contingentibus, que nam re ipsa euent
futuræ, quo non item; Tertiam medium scientiam, qua altissima,
et inscrutabili comprehensione cuiuslibet liberi arbitrij in sua enen-
tia intuitus est i quid pro sua innata libertate si in Eo, uel in
illo, uel etiam infinitis rerum ordinibus colloquaretur, actum
esset, cum tamen posset, si uellet, facere re ipsa oppositum. Ita Mol.
in concordia quest. i4. ar. i3. disp. so. 5. triplicem scientiam pag.
329.

Dicit 2^o: illam scientiam Dei nulla ratione dicendam esse liberam, tum

12

quia antecedit omnem liberum actum voluntatis diuinæ itum etiam quia
in potestate Dei non fuit scire per eam scientiam aliud, quam re ipsa
simerit, neq; et in eo sensu dicenda est natus, quasi ita imitatit deo,
ut non posuerit scire oppositum eius, quod per eam cognovit. si ergo
liberum arbitriū creabum actum enet oppositum, ut revera potest, id ignorat
sciri nec eandem scientiam, non autem quod re ipsa sit.

Dicit 3º. quare non est magis minatum Deo scire per eandem
scientiam hanc partem contradictionis ab arb: creato pendentem,
quam oppositam.

Dicit 4º. Illam scientiam Dei medium partim habere conditionem
sua nativitatis, quat: praeuenit actum liberum voluntatis diuinæ, neq;
in potestate Dei fuit aliud scire, partim habere conditionem
scientię liberi, quat: quod sit omnis potius partis, quam alterius.
Sabet ex eo, quod liberum arbitriū ex Hypothesi, quod crearetur in
uno, aut altero ordine ciui, enet potius factum unum, quam aliud
cum rerumque indifferentior possit facere. omnia sicut sabet Mo-
lina nobis supra. s. suscitabitur.

Censura dicti primi.

Pm. dictum non carit magna arrogantia, et iniuria Doctorū eccl:æ,
et Sanctorū, et omnium fere Scholasticorum. Nam auctor Molina
sibi attribuit ueram, et legitimam uiam conciliandi libertatem arbitrij
nobiscum diuina, præscientia, et prædeterminationem; Et audet dicere
ante illum rursum in eo concordiam, perfecte fruue in eccl:æ Doc-
toribus explicabam; Ctenim in proposito libello p. 23. ar. 4º et 5º
diss. p. a. memb. vte. s. credens Aug: fol. 487. dicit Molina ex sent: a
August: uice prædeterminationem fuisse turbas multas coniuratas.
ex Massiliensibus, et s. nos pro nostra pag. 489. subdit ege uerba.

Arrogantia Molinae
con' d. Aug:

Quae subiect doctrinas circa concordiam liberi arbitrij, et predestinationis, quod
in varijs locis tradidimus. sed dabantur explanatas semper fuisse. forte ne Pel-
lagiana heretis fuisse exorta, nec Lutherani tam iniquitatem arbitrij
notari libertatem autem fuisse negare, nec ex Augustini opinione, con-
certationibus cum Pelagianis tot fideles fuisse turbati, et reliquie
Pelagianorum in Gallia fuisse extintae. Hactenus Molina.
Ependant amore Dei censores fidei, et iudicent, an eccl^a rep*re*p*ar* ex-
pectauerit per tota scula doctorum Molinam, ut hanc concordiam
explicet explicant, quasi per scripturam Sacram, per sancta conui-
lia, et autores antiquos, et postquam gerit D. Augustinu, et D. Thomam
ptam concordiam Deus sufficientissime non explicauerit ab agnou illa
scientia media a Molina, et a suis adiumenta; quod concedere erit
blasphemiu, et ponere defectum in diuina prouidentia, in reabo-
num eccl^a, et doctrine Catholicae adeo necessaria, Amerere autem siunt
asserit Molina, quod ex opinione Augustini, concertationibus eius
cum Pelagianis fuerint in Gallia multiviri docti turbati, et quod
propter eandem Augustini doctrinam reliquie Pelagianae heretis in
Gallia non fuerunt tunc extintae, magnam iniuriam infert doctor
eccl^a, ne dicam, blasphemiam: hactenus ne omnes Sancti, omnes eccl^a
doctores, omnes Theologi, qui sine illa scientia media explicauerunt
liberi arbitrij notari concordiam cum diuina predestinatione, et
prouidentia, fuerint in hac parte hallucinati? multo maiori jure
in defensionem D. Augustini, D. Thomae, et aliorum Sanctorum, quos D.
Molina ita irreuerenter tractat, ponet dei de eodem Molina, quod
est Hallucinatus in magnitudine eius mysterij, et nouam illius con-
cordiam causam fuisse non modic turbationis in tota ferme Hispania,
et Portugallia, et utinam non maiora incommoda afficeret in eccl^a:
quod si Pelagiani, et Lutherani quietus essent, si illi, datum fuisse, et
explicato

explicatus nouus modus concordia traditis a Molinæ forte enet, quia modus ille, et Pelagianis faverit, ut et Lutseranis videtur; Pelagianis quidem, quia plus nimis tribuit libero arb^t g^o innata tibi libertate; luteranis vero, quia dum liberum arbitriū contendit statuere illud destruit; etenim liberum arbitriū, quod Omnipotentis dñius, et efficaci illius motioni non est subiectum, liberum arbitriū creatum non est.

Posterea quod Lutseranis faueat, et Pelagianis nouus modus concordia Molinæ, ex eo colligitur, nam Pelagius, et Lutserus eadem via, et eodem disceptu in contrarios errores abiuerunt, ut ergo namq^{am} Sane consequuntur, evidenter esse arbitratur, Deus prædefiniuit humanos actus, et prædestinavit quoddam voluntate efficaci, et absoluta; ergo non remansit libertas in actibus humani. Sed Pelagius, ut saluet libertatem arbitrij, negat prædestinationem, et efficaciam auxilij diuini; Lutserus autem concedendo prædestinationem, negat libertatem arbitrij. Molina vero, ut saluet libertatem, negat prædestinationem absolutam Dei, ut patet in propositione 7^o et similiter efficaciam auxilij diuini. Nos autem, et libertatem arbitrij confitemur, et efficaciam auxilij diuini, et actionem libram prædestinationis cum illa saluari contendimus.

Censura 2^{di} et Tertiij dicti.

Dictum 2^m. eiusdem assertioñis quinta manifestam in se repugnantiam invenit cum doctrina eiusdem Molinæ, nam primo assertit illam scientiam dei medium nulla ratione dicendā esse liberam, et postea in eadem pag^o subdit illam scientiam, partim habere conditionem sive naturalis, et partim habere conditionem scientię libere, que duos tibi in uicem contradicunt, nam si nulla ratione illa scientia est libera, ergo non est partim naturalis, et partim libera, sed est merē naturalis, nam scientia, quae partim est libera, aliqua ratione habet diuilibera.

Praterea id quod assertit idem secundum dictum, quod se licet in potestate
Dei non fuit sine per eam scientiam aliud quam re ipsa sciuerit. Pu-
gnat etiam cum doctrina eiusdem Molinae in dicto 4º ubi docet esse
in potestate liberi arbitrij nostri aliud facere; etenim si in potestate
liberi arbitrij nostre est aliud facere, sicut reuera est, ergo in potestate
Dei fuit aliud scire.

Praterea arguitur, nam si illa scientia Dei media haberet certitudinem
ex eo, quod liberum arbitrium hominis positum in tali, vel tali ordine.
Cerum esset potius factum hoc, quam illud sequeretur, quod scientia Dei
haberet certitudinem ab aliqua causa extrinseca, non autem a primario,
et per se obiecto eiusdem scientie, quod est ipsa essentia divina, quod
tamen asserere est blasphemum, nam tunc mendicaret Deus certi-
tudinem ab alio obiecto, quam a se ipso. Et per hoc manet et impugna-
tum tertium dictum.

Praterea impugnatur nam sequeretur ex tertio dicto, quod scientia
Dei esset confusa, et indeterminata ad alteram partem contradictionis.
Eoc autem asserere esset ponere in scientia Dei magnam imperfec-
tionem, mo id ponere est contra rationem scientie, quae est de
Eis, quae non contingunt aliter se habere, ergo

Censura quarti dicti.

Quartu' dictum non caret temeritate, et accedit maxime ad errorem, etenim
attigit pro causa certitudinis scientiae Dei aliquid creatum,
silibet usum aetream liberi arbitrij positi in tali, vel tali ordine
cerum.

Praterea nam eximit, et subtrahit a divina prouidentia,
et voluntate aliquam actionem creatam, nam ponit liberam
homini voluntatem operantem in tali ordine, et antiquam in-

eligatur

telligatur decretum aliquid voluntatis diuinae circa eam operacionem, quod tamen est erroneous, cum voluntas diuina sit omnium causarum, que extra Deum sunt bona, ut docet D. Thos: p. p. q. iij. et ibi Theologo, ergo tenetur Molina confiteri, quod ut talis actio bona fieret in tali ordine rerum, debuit procedere decretum diuinae voluntatis, ut fieret.

Potest scire est rem per causam cognoscere, sed diuina scientia non potest attribui sine blasphemias, quod quia cognoscit aliquam causam exprimere, cognoscit effectum eius.

6^a Propositio Molinae.

Circa concursus Dei cum causis secundis multa docet Molina nota, et censura digna, que non tantum Physiologia, sed et Theologia repugnant.

Dicit primum Deus suo auxilio, et concursu generali non influit in causas secundas mouendo illas ad suas operaciones, sed influere tantum in suas operaciones immediate, et in effectibus causarum secundarum, additum alia, non saluari libertatem nostri arbitrij, sed dari ansam multis enoribus.

Ita dicit Molina in Concordia q. iij. ar. iij. disp. 2b. q. dicendum itaq; est ubi sic ait, quo fit, ut concursus Dei generalis non sit influxus Dei in causam ^{2^{am} quasi illa prius ab eo mota agat, et producat suum effectum, sed sit influxus immediate cum causa in illius actioneme, et effectum. Eandem propositionem repetit disp. 27.}

Dicit 2^o Deum, et causam ^{2^{am} responde effectus se habere, ut causas partiales, non secus, atq; cum duo trahunt nauim, ita docet ubi sup^a disp. 2b. circa finem.}

